

PLURES FUISSE QUI EUAN-
 GIA SCRIPSERUNT. ET LUCAS EUANGELISTA
 testatur dicens. Quoniam quidem multi conati sunt
 ordinare narrationem rerum que in nobis complete
 sunt. sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi uide-
 runt sermonem et ministraverunt ei. & perseveran-
 tia usque in presens tempus monumenta declarant
 quae a diversis auctoribus edita diversarum hereseon
 fuere principia. ut est illud. Juxta aegyptios. et tho-
 mam. & mathiam. & bartholomeum. duodecim quoque
 apostolorum. & basilidis. atque appellis. & reliquorum
 quos enumerare longissimum est. cum hoc tantum
 in praesentiarum necesse sit dicere. extitisse quosdam
 qui sine spiritu & gratia dei conati sunt magis ordinare
 narrationem. quam historiae texere ueritatem.
 Quibus illud jure potest propheticum coaptari. Uae
 qui prophetant de corde suo. qui ambulant post
 spiritum suum. quid dicunt haec dicit dominus & dominus non
 misit eos. De quibus & saluator in euangelio johan-
 nis loquitur. Omnes qui ante me uenerunt fures
 fuerunt et latrones. Qui uenerunt non qui missi sunt.
 ipse autem ait. Veniebant & ego non mittebam eos.
 Inuenientibus praesumptio temeritatis. in missis
 obsequium seruitutis est. Ecclesia autem quae
 super petram domini uoce fundata est. quam intro-
 duxit rex in cubiculum suum. & ad quam per fo-
 ram descensionis occulte misit manum suam.
 similes damulae hinculo que ceruorum. quat-
 tuor flumina paradisi instar eructans quattuor

ad Bibliotheca Comburg. 1803

